

Tum laqueus cingens (ὅς δεσμὸς ἐκδοσιῶ ἐστὶ)
 A capite vsque pedes pendeat implicitus.
 Sic tamen vt velet nodo coëunte pudenda.
 Et notam sexus non sinat esse notam
 Nempe maritalis, nodusq; vxorius: ambo
 Dum coëunt: tecto membra pudore ligant.
 Folliculusq; iugo super impositus caput ornet.
 Tum quia suaue iugum: tum leue quod sit onus.
 Porrò, frugiferis iuxta stet frondibus arbor:
 In cuius ramis plurima sidat auis.
 Rostra insertantes, atque oribus ora columbi.
 Et satis ex vna, Turture Turtur habens.
 Proq; suo fœtu plumis spoliata Palumbis.
 Concordi Cornix in grege semper agens.
 Pellicanus item transfigens pectora, vitam
 Qui pullis proprio sanguine restituit.
A R B O R stirpe ferens fructum genitalibus aruis,
 Connubium est: pulchro germine prolificum.
 Morigerum officium misto notat ore Columbus.
 At Turtur fidi signa pudoris habet.
 Inq; suos pietas de plume notata palumbe est.
 Concordes cornix signat amicitias.
 Tum Pellicanus cor rodens, cura parentum est.
 Qua se pronatis (quos genuere) necant.
D E N I Q U E Fit cāpo procul apparente τῶρεργον
 Σὺν τῷ δὲ ἐρχομένῳ bubse qua bobus arans.
 Isq; sit æqualis munus commune laboris.
 Compar ἔ αυγὴν ἀ sollicitudo rei.
H A E C est coniugij bene conuenientis imago
 Signum in legitimo connubiale thoro.